



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

22. Dies Octobris. Discas non diligere, ut discas diligere. S. Augustinus
conc. 3. in Psal. 30.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Octob.

Tessera.

839

qui non est suus; ille laudabilior, qui sordidior, ille mihi gratior, qui sibi nequior. Dum audis talem vocem, adhuc geris illi morem? Quidni hic exclamem:

Heu stolidæ mentes! pereunt peritura sequentes.

22. DIES OCTOBRIS.

Discas non diligere, ut discas diligere. *S. Augustinus conc. 3. in Psal. 30.*

Mundio I.
dium, est
Amoris Di-
vini Ty-
tocinium.

MAgna est ars verè bona non negligere, major meliora feligere, maxima optima diligere. Quidquid diligis præter unum, aut propter unum, malè à te diligitur. Hinc ut discas diligere Deum, prius discas non diligere, quæ non sunt Dei. Benè Fulgentius: (a) *Amor cum periculo sepè concordat, & dum ad illud solum notat quod diligit, nunquam videt; quod expedit.* Deinde igitur amare, quod amatum tibi non expedit, quia tibi amanti nocet, dum à salute impedit. Deinde discere ea non diligere, quæ possessa, erunt possidentium, vel ne pereant periculum, vel ut pereant exitum. Quia si diligis divitias, & eas possides, non tam possides tu divitias, quam possidearis à divitiis. Ideo solerter monet Salvianus: (b) *Refugienda est ampla possessio, ne consequatur profunda perditio.* Diligis aliquid ut possideas, & ecce si possideas, jam periculum est ne pereas. Itaque si illa quæ non sunt Dei, amas, jam tibi pereundi periculum creas. Vide ergo cui impendas tuum amorem. Duo sunt, quorum alterutru

Ggg 4

quem

(a) *Mythol. 2. (b) Salvian. ad Eccles. l. 2.*

quem diligas, necesse est eligas; Deus, Mundus, dum sunt Domini, ut ne nemo duobus Dominis potest servire, sic nec diligere. Deus est Dominus: huic simus, faciet te tui, & rerum omnium Dominum mundum ames, faciet te suum, imò tui mandatum.

II. Utrique servierat, & suum amorem confidaverat D. Romualdus; sed quod fuerit inter utrumque discrimen, testari voluit ultimis suis verbis, ultimum exhalans spiritum; sic enim ipse. (a) *Vixi centum annis in Religione, viginti in mundo. O quam sunt illi breves, felices, jucundi! quam hi longi miseri, importuni!* Quid opportunius ad inculcandum amorem Dei, odium mundi? cum Dei obsequium licet per centum annos illi impensum, & jucunditatem sit quasi momentaneum, obsequium premium sit perpetuum. Audivisti verba monitionis Monachis in humili asceterio, placet audire Pontificis in sublimi fastigio? Paulus IV. summus Pontifex hanc auro dignam protulit sententiam, cum pateretur animam. (b) *Ocloginta quatuor anni tua mea, & quatuor anni papatus mei, & quatuor menta videntur mihi aequalia. O quam brevis est vita! quam longa aeternitas! & nemo cogitat.* Nunquid vel angustiae temporis deberent te dedocere amorem temporalium? Esto, fruere solus toto mundo, & omnibus quae sunt mundi, quid hoc est, cum tempus etiam ad plurima saecula propagatum, quo potes frui, sit instar puncti? Quod uero effuxit, privaris mundo, & omnibus quae sunt mundi, & simul Deo, & omnibus quae sunt Dei.

(a) *In vita,* (b) *In vita.*

Octob
adus, du
potest.
nunc si
inum:
ui man
em conf
; inter
s suis va
ipse, (4)
undo. O
bi long
nculca
Dei ob
um, co
qui pre
norient
ontifici
Pontific
cùm jam
nni vila
ut norm
vis est u
Nunquid
ere amo
to mun
hoc est
ropaga
uod ubi
uaz sum
uaz sum
Dei.

Dei. Unum mirabatur Philippus Nerius, quod homines animales, & qui non sapiunt, quae sunt Dei, potius mirabuntur eum mirari. Audi & stupe: *Fieri ne potest, ut homo credens in Deum possit amare aliud quam Deum?* Philippe, qui videt in celis Patrem, non miratur hanc tuam in terris vocem? Vis Philippe audire ex me vocem dignorem admiratione, in modo dignissimam omnium contemplatione? Accipe. Fieri ne potest, ut homo credens in Deum, possit amare omnia alia praeter Deum?

III. Quid homini est vilius, quam quod est pretiosissimum, Deus? Quid illi pretiosius, quam quod est vilissimum, mundus? O vere! nimis est vilius cui Deus viliuit. Pluris aestimabimus rei cuiuscunque humillimæ lucrum, quam, qui præ omni lucro est inestimabilis, Deus. An non sumus maxime contemptibiles, qui sic maximi facimus contemptibilia? De hac insaniâ, vel potius malitiâ, his verbis conqueritur magnus Augustinus. (a) Dico breviter homini avaro, invocas Deum? Quare invocas Deum? Ut det tibi lucrum. Lucrum ergo invocas, non Deum, quia hoc lucrum quod concupiscis, non potes habere per servum tuum, non potes habere per colonum tuum, per clientem tuum, per satellitem tuum. Invocas Deum, ministrum lucri tui facis Deum. Viluit tibi Deus, Vis invocare Deum? Gratis invoca. Avaro, an parum est tibi, si te impleat ipse Deus? Deus si ad te veniat, sine auro, argento, non vis illum. Quis ergo de his, quæ fecit Deus, sufficit, cui Deus ipse non sufficit? O aliam mentem inhibe; vilescat tibi totum, quidquid est praeter Deum. Non potest ille vilescre; cui cætera

Ggg 5

præter

(a) In Psal. 30,

Illi vita perit, quisquis pereuntia querit.

23. DIES OCTOB.

Amarus est mundus, & diligitur. Puta si dulcis esse
Qualiter amaretur. *S. Augustinus de temp. III.*

Mūdi mi. I. seria, Di-
vini amo-
ris sunt il-
leceb̄. **P**ergimus persequi mundum, &
sequamur Deum; illius inculca-
odium, & omne ejus calcare cho-
ragium, ut præ omnibus astime-
mus Dei amorem, & honorem; Sic nobis sapientia
star nardi, illa sententia D. Bernardi. *Ea sequi defin-
qua & assequi miserum est.* Dic mihi quisquis haec
gis. Cùm in mundo sis natus, in mundo vivas, in
mundo sis educatus, cùm mundum ames, usque ad
odium tui, mundo servias usque ad sudorem vultus,
mundum sequareis usque ad tœdium cordis, mundo
credas usque ad cœcitatem mentis, quid aliud expe-
ctas post omnia tua obsequia à mundo, quam mun-
dana? Hoc est honoris umbras, gloriæ bullas, vo-
luptatis quisquilias, porcorum filiquas; puerorum
apinas, fabularum affanias, verbo, ipsissimam va-
nitatem vanitatum, hoc est, Nihil. Et necdum ni-
hili facis, à quo nihil est quod expectes, præter Ni-
hil? An solus carnem sine ossibus emere, nucis nu-
cleum sine cortice edere, cum hoste sine periculo
manum conserere, iter prolixum sine fatigatione
conficere, mare sine metu naufragii transmittere
cupis? cùm fieri nequeat, quandam in mundo

mor-